



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De fugitiuis clericis. xxvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vt præter scientiam domini sui, seruus non efficiatur monachus. Cap. XXIIII.

Placuit in monasteriis non esse suscipiendum seruum *Ex cõcil. Arelatē. cap. 4.*
 ad monachum faciendum, præter proprii domini voluntatem. Qui verò hoc constitutum nostrum excesserit, eum à communione suspendi decreuimus, ne nomen domini blasphemetur.

De illo qui seruum alienum, causa religionis, docet contemnere dominum suum. Cap. XXV.

Si quis seruum alienum, causa religionis, docet contemnere dominum suum, & recedere ab eius seruitio, durissimè in omnibus arguatur, & ad pœnitentiam compellatur. *Ex cõcil. braggar. cap. 47.*

De fugitiuis clericis. Cap. XXVI.

Fugitiuum verò clericum, aut monachum deserentem disciplinam, velut contemptorem placuit reuocare. *Ex decret. Leonis papæ.*

De secularibus, si se semel per religionem totonderint, & post laici efficiuntur. Cap. XXVII.

Qicumque ex secularibus accipientes pœnitentiam se totonderunt, & rursus præuaricantes laici effecti sunt, comprehensi ab episcopo suo, ad pœnitentiã *Ex cõcil. Toletan. s. c. ap. 5.*

ex qua recesserunt, reuocentur. Quòd si aliqui qui per potentiam irreuocabiles sunt, nec ad moniti reuertetur, vetè vt apostatè coram Ecclesia anathematis sententia condènantur. Non aliter & hi qui tonsi collaudantibus parentibus fuerint, se ipsos religioni deuouerunt, & postea habitum secularem sumpserunt, & iidem à sacerdote comprehensi, ad cultum religionis acta prius pœnitentia reuocentur. Quòd si reuerti nolunt, verè vt apostatæ anathematis sententiæ subiiciantur. Quæ forma seruabitur, etiam in viduis virginibusq; sacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ sanimoniam habitum induerunt, & postea aut vestem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt.

Vi seruus in monasterium non recipiatur, nesciente domino suo. Cap. XXVIII.

Ex cõcil.

Nillum verò recipere in monasteriis seruum obtentu monachi, præter domini sui conscientiam licet. *Chalced. cap. 4.*